

Ver. 17. Maxime deest principio detestatio pau- peris ab israhelis.

17. CONTEREBAM MOLAS INQUI, ET DE DENTIBUS IL- LIUS AUFEREBAM PRÆDAM. — Sub metaphorâ bestiæ aliconis sanguinaris ex rapto viventis et prædam dentibus dilacerantis designat hominem in alios injuriosum, qui fortunas diripit alienas, vel fa- mam lædit, vel quoquo modo alium divexat; qui- bus infestum se fuisse dicit, ut pauperibus et in- firmis opem ferret; qua ratione loquendi David etiã usus est Psalm. II, 8: « Quoniam tu per- cussisti omnes adversantes mihi sine causa, den- tes peccatorum contrivisti, » quod maxime decet potentes homines, eos præsertim qui in magistratu sunt; quod per Davidem Deus fieri præcipit Psalm. LXXXI, 4: « Eripite pauperem, et egenum de manu peccatoris liberate. » Optimus ergo iudex Job di- vylum potentiumque improbitatem contrebant, et velut ex ore luporum fractis eorum dentibus præ- dam injustam eripiebant: ita nimirum ille qui Deo vacans ipsum secum commemorantem sentiebat, et butyro internæ suavitatis ac oleo consolationis pedes eluebat; nihilominus adeo totus erat opri- bus charitatis intentus, ut nullum amoris erga proximos officium omittit, atque ad molesta, humilia et abjecta obsequia descenderet, et nihil horum suse mementis tranquillitatem impedire pu- taret. Quid ergo ex hoc loco vir spiritualis addi- cet, nisi ut quamvis butyro et oleo divinarum con- solationum abundet, ad proximorum tamen mis- erias sublevandas descendere non erubescat, et illam dulcedinem pro charitate interim intermit- tat; et hanc dejectionem et humilitatis exerci-

Inter- dum ab eratione vacan- dum, ut operi- bus mi- sericor- diae et chari- tatis vac- mus.

(1) Scilicet est Jobum sibi verbis longioris vite felicitate sibi augurari; utrum vero produci sibi vitam palmæ, vel potius phœnicis parem optaverit, an tot sibi vite annos, quot maris arenae sunt, deprecatus sit, ambiguit: denique utrum similitudine ex phœnicis, an ex palma, an ex arena e littore maris ducta sit, inter auctores disputatur. Hæc nobis in præsentis discutienda sunt. Profecto si hebraici textus verba satis haberent explorata, nullus esset controversiæ locus: sola enim sententiæ ad litteram expo- sitio interpretum dissidia componeret, neque magno pere- cure esset, quid veteres pravam interpretationem secuti consenserit: illos interpretes inter veteres nobis sequen- tibus, qui maxime rem associati crediderunt. Cum vero rabbinii et veteres interpretes, quorum sententia in Scrip- turæ versione gravior est, non satis inter se constant, et incertam vagantem harum vocum significationem reli- quunt, integer nobis manet labor et locum et præcipuus versiones expendendi, ut inter varios locum sententias optimam pro viribus seligamus.

Et equidem primo, quam ejus loci versionem dederunt Septuaginta, ea variis opinionibus occasione præbuit et fomentum: utatur enim voce phœnicis, quæ in græco tria vel quatuor maxime diversa significat: palmam nempe, phœnicem avem, et Phœnicium, nempe Phœnicium incolam, ac demum herbam, quam nos Lotium maritimum appellamus (Dioscorides, lib. IV, cap. XXIV). Hanc æqui- vocationem sensisse illi, et subducere voluisse videntur, addentes vocem truncus: « Et sicut truncus phœnicis (sive palmæ) multiplicabo dies: » quæ enim vox phœnicis congruere potest significatio, nisi palmæ, si truncus ad- datur? His tamen minime persuasi plures, locum inter- pretati sunt de phœnicis ave, totam sententiam ita legentes (Mercer. Tir. in hunc locum, Hebræi apud Vat. Grot. Godeur. Drus): Sicut corvus (vel factus) phœnicis multi-

tationem utilem putat, qua et Christum ipsam imitator propter nos ad infima descendente, et exacto externo labore celestia clarior et subtilius intuetur. Optime enim ait S. Gregorius lib. XIX Moral. cap. XIV: « Nec tædere animum debet, si sensus ejus contemplationi spiritualium semper intentus aliquando dispensandis rebus minimis quasi minoratus inflectitur, quando illud Verbum, per quod constat omnis creatura, ut prodesset hominibus, assumpta humanitate voluit paulo mi- nus ab angelis minorari. Quid ergo mirum, si homo se propter hominem retrahit, dum Creator homi- num et angelorum formam hominis propter homi- nem suscipit? Nec tamen minoratur sensus cum sic attrahitur, quia tanto subtilius superiora pe- netrat, quanto humilior pro amore Conditoris nec inferiora contemnit. Quid indignum nobis vel dif- ficile est, si supra infraque animum ducimus, qui eadem manu corporis lavamus faciem qua etiam caleamus pedem? » Confirmat et hoc Bonaventura De Inform. novit. part. II, cap. IV, sic scri- bens: « Bona actio maxime condita pinguedine charitatis, et obedientie vel alierius virtutis lificat conscientiam, et dat fiduciam spei in Deum, etsi ad horam intercipit devotiois quietem; tamen meretur postea majorem dulcedinis infusio- nem et gratiam puritatis. »

18. DICEREBAMQUE: IN NIDULO MEO MORIAR, ET SICUT VER. 18.

PALMAM MULTIPLICABO DIES (1), — id est, domi meæ, non a patrio solo exactus, meos inter liberos ævum transigam, tibi consenscam, tibi mortem obibo; phœnicis dies. Tam ubere vero ingeniosorum similitu- dinum materiam hinc nati sunt, ut non raro pro resurre- ctione mortuorum argumentum ex illa derivarint. Erroris fomentum præberunt verba statim antea in textu legenda: « Dixi: In nidulo meo moriar, et sicut phœnicis multiplicabo dies: » pronum est enim ut nidus de ave exponatur, et de ave potissimum (ejus nominis, tota anti- quitate celebratissima, deducendis figuris et allegoriis maxime opportuna.

Phœnix, avis Arabiae teste Solino, cap. XLV, æquale magnitudine, capite honorato, in contum plumes exstantibus, cristatis faucibus, circa colla fulgore aureo, postera parte purpurea, atque cauda, in qua roseis pennis ceruleis inscribitur nitor: vide et Plin. lib. X, cap. II, et lib. XIII, cap. IV. Addunt, oculos micare seu sidera, unicum esse in terris, Tacitus lib. VI Annal.: « Unum in terris. » Mela lib. III, cap. IX: « Avis semper unica; » vitam alii ad quingentos annos, Horus Hierogl. 33; Seneca Epist. 43; Tacitus lib. VI Annal.; Herodotus lib. II, cap. II. Alii ad millesios (Auctor poemat. De phœni- ce, sub nomine Lactantii et Claudiani, etc.). Alii ad septies millesios (Chærenum apud Trellz.), producere aiunt; Plinius lib. X, cap. II, ad 660, vel 500, seu 821 annos; varia enim sunt exemplaria. Solinus vero 540 annorum avis est. Patrem novem corporum generationibus autumat Herodotus; corvum vero novem humanis generationibus parum constituit. Albertus Magnus intra 840 annos phœnicis vitam definit. De phœnicis ita scribit Tacitus Annal. cap. VI: « Paulo Fabio, L. Vitellio Coss. Tiberio principe, post longum sæculorum ambitum, avis phœnicis in Ægypto venit. Sacrum soli id animal.... De numero anno- rum varia traduntur. Maxime vulgatum, quingentorum annorum spatium. Sunt qui asseverant, mille quæringen- tosexaginta unum interici, prioresque ejus generis aliter

at mea senectus placida et tranquilla non molesti- fies noctium et peruram infelicium casibus opprime-

Sesestride primum, post Amaside dominantibus, dein Ptolemæo Evergete, in civitatem cui Heliopolis nomen, advolvisse. Sed antiquitas obscura. Inter Ptolemæum ac Tiberium minus ducenti quinquaginta anni fuerunt. Unde nonnulli falsum hunc phœnicem, neque Arabum, e terris credere, nihilque usurpavisse ex his quæ vetus memoria firmavit. » Hic Taciti numerus annorum inter Evergetem et Tiberium cum veritate quidem non constat; certe tamen quingenti anni ea temporis interca- pædiæ non fluxerunt. Quare falsa licet autumaverit semper tamen verissime asserit, eorum opinionem, qui nonnisi post evolutos quingentos annos phœnicem redi- cunt: Ricti esse levissimæ, « nisi si unus tantum phœnicis in mundo esse credatur, quod antiquorum consensum asserunt est, cum nullus post Tiberii ætatem apparuerit, jam desisse phœnicem certissime statuendum est. Singulis recurrentis anni, quem astronomi magnum vocant, con- versionibus phœnicem pariter reduci tradit Manilius, apud Plin. lib. X, cap. II, eamque veterum nonnullorum fuisse sententiam, Solinus cap. XLV animadvertit. Sed quis crediderit avem producere vitam posse non ad quin- gentos modo, quæ sine acta fides excedit, sed ad duo- decies mille noventos quinquaginta quatuor annos, qui periculum magni anni conficiunt; cum nempe cæli om- nes et corpora celestia ad idem punctum recurrerunt, veluti si tum primum motum suum exciperent? Cor- nelius Valerianus, teste Plinio lib. X, cap. II, phœnicem deolvase in Ægyptum tradit, O. Plautio, Sext. Papinio Coss. Alatus est et in urbe, Claudii principis censura, anno urbis 800, et in comitio propositus, quod actus testatum est, sed quem falsum esse nemo dubitaret.)

Nec minus de genere mortis, reparataque post finem vita, res est inter veteres auctorum sententias ambigua. Cum ad vitam exitum, evoluta annorum, quos natura consti- tuit, periodo, deveniret, sequi in mortem urgeri pro- vident avis intellexerit, ipsa sibi ex odoribus arborum ramis feralem rogam struit. In cineres resoluta primo vermici- lous nascitur, qui paulatim crescens, tandem mutatur in avem: et cum primum volatui explicando se parum experitur, cineribus paternis et nidulo ubi vitam absolvit, onustus, omnia defert ad solis aram, ad insulam Pan- cheam in Oceano: vid. Eusebius, apud Euseb. lib. II Præpar. cap. II, sive in provincia ejus nominis in Arabia Felici; Virgilius II Georg.; Servius ibid.; sive in Troglodyde, Vossius ex Mela, lib. III, cap. VII; sive in Ægypto juxta Heliopolim, Plinius lib. X, cap. II; Har- diusius in eund., de situ enim Pancheæ, prisicis celebra- tissimæ, in incerto versamur. Herodotus lib. II, cap. LXXIII, ita solum scribit, deferti ab juniore ave parentis corpus in myrrhino feretro, humeris impositum, ad tem- plum Solis, in Heliopoli Ægypti urbe, nihil addens sive de mortis, sive de reparata vite ratione. Addunt nonnulli phœnicem constructo ex gummi feris aromaticisque lignis nidulo, exussione alarum ignem excitare; eoque assump- tum, et in cineres redactum, iterum in vermicioli speciem renasci, paulatimque explari in phœnicem. Rem aliter narrat Tacitus lib. VI Annal. « Confecto annorum numero, ubi mors propinquet, sicut in terris struere nidum, eique vim genitalem offundere, qua factum oriri, et primum adulto coram splendenti patris, neque id temere, sed sub lato myrrhæ pondere, tentatogue per longum iter, ubi par oneri, per meatum sit, subire patriam corpus, inque solis aram perferre atque adolere. Hæc incerta, et fabulosa cætera. Autem aspectu aliquando in Ægypto eam vulcrem non ambigitur. » Paria Herodoto de phœ- nicis habet Origenes lib. IV Contra Celas, sed rem non negans, ambigere tamen de illa plurimum se demonstrat. S. Clemens in I Corinth., Pseudo-Lactantius in Carn.

tur; sed longos dies ac lætos soles ducent, tam firma vegetate ad extremum ut palma in co-

de Phœn. S. Basilius Magnus lib. VIII Hexæm., S. Cy- rilus Hierosolymitanus Collect. t. 8, S. Ambrosius lib. VI Hexæm. cap. XLI, idem serm. 19 in Palmis, cævus, n. 13. (Phœnix coitus corporis ignorat, libidinis necesse illece- bras, sed de suo resurgit rogo, sibi avis superstes, ipsi et sui hæres corporis, et cineris sui fetus), veritatem ejusdem avis persuasivam habere vixi sunt; tum et ex illa argumentum pro resurrectione derivarunt: inter quos S. Ambrosius tanquam rem et Scripturam indubitatum asserit. Hoc relatione crebra et Scripturam auctoritate cogno- novimus, etc. (Lib. II De Fide Resurrect. n. 30). Hæc plane S. Doctoris verba non aliud Scripture testimonium speclasse videntur, quam Jobi, narratæ mox historia satis congruens: Sicut phœnix multiplicabo dies; quemadmo- dum enim avis illa in cineres resoluta iterum nascitur, et sine mortis ad novam vitam reparatur phœnix; ita ego, post oblatum Deo vite meæ sacrificium iterum renova- bor, atque e sepulcro iterum vitens resurgam.

Phœnicis exemplum afferunt pariter, ut resurrectionem probent, Tertullianus De Resur. carn., et S. Epi- phanius in Ancel. Idem pro adstruenda Virginitate Mariæ, et præter mortualem morem Jesu Christi nativitate, laudat S. Cyrilianus in Symb. Frustra essent, si omnium testimonia ea in re congerere conarer. Profecto si tot probatissimi testes pro adstruenda phœnicis veritate satis non haberentur, ea que a nobis addi possunt, minoris sem- per momenti viderentur.

Sed, ut vera fatear, de phœnicis veritate, deque tot historicorum fide plurimum, nec immerito ambigitur: vide Boet. lib. VI De Anim. sac. part. II, cap. V. Qui ea de re scripserunt. Inter se non constant, alii alia nar- rantes, tum de vite diuturnitate, tum de genere mortis, tum de reparata vite ratione. Alii se dubitare aiunt: alii fabellas veritatis plures admittunt agnoscut; ac tandem ipsa res nata ita singularis est, et supra fidem, ut humanam credulitatem superet. An vero plarum, fabu- losa, uti quidem credimus, avis cum ave paradisi, ejus veritatem omnes fateatur, confusa est? Avis paradisi, plerumque elegantia insignis: vide, si lubet, Petronium, lib. III Observat. cap. XXV; Cardanus lib. X De Subtil.; Georgium De Sep. de Rom. Societ. Jes. Mus. plumis octo digitorum ornat. Gauda ad pavonem accessus, colore aereo, varietate insigni coruscet. Colla est bre- vior, ut dicesse prorsus videatur. Caput et rostrum am- plum et tenne, cæcis radicibus aliis ipsis infunditur. His plumis ornatur princeps insularum que Moluccas vo- cant, hisque tuto sese a vulneribus arbitrat. Millium prætoriariorum, quos Jannizaros nominamus, apud Turcas cristæ illis pariter distinguunt. Magnitudo est pulli galli gallinæ. Ferunt paradisi avem semper in moto et libratam in aere penitus versari, cum pedibus ca- rere; pasci rores ex aere matutino stillant. Fabellas huic historicæ admisceri plurimas non ambigimus. Hæc certa sunt: Figura et plumæ avis, alterius plane sunt a cæteris forme: vix aliquando quiescit: pedibus sive brevissimis utitur, sive penitus caret: insectis, vel suavoletibus foribus alitur. Ferunt juxta ramos arborum quietem ca- pere, ad quos vel plumis vel filis quibusdam nigris circa caudam natis adstringitur. An vera sit avis, minime ambigitur, cum plures eorum avium curvix inter cæcilia PP. Jesuitarum Romæ spectantur. Solum asperet dubi- tandi locus, utrum etiam scripturam de phœnicis agenti- um immortetur: neque enim de ætate Jobi quidquam dixerim, cum ille nec de phœnicis, nec de ave paradisi facile unquam cogitaverit. Verum si India et Oceanus Indicus jam inde a Salomone ætate exploratissimi erant, cur nota in his regionibus avis, Græcos Hieronymusque apud quos de phœnicis sermo est, latere debuit? Si noverrunt,

lum assurgens : tam dolcibus perfruetur virtutum donarum fructibus, sicut palma prædules expandit dactylos. Pro eo quod hic in Vulgata ponitur palma, interpretes alii ex præcipitate vocis originalis *aravena* posuerunt, ut dicit Job : « Et sicut arena multiplicabo dies meos, » id est, dies mei multi erunt instar arenae. R. Salomon, Mercurus, Vatablus et alii vertunt sicut *phœnicia*, ut respondeat precedenti, in *nidulo moriar*; Septuaginta reddunt, *ὄρεα ἄριστα ἐπίναξι*. Quod licet proprie cum Olympiodoro et Augustino de trunco palmae, quæ Græcis *ἐπίναξ* dicitur, accipiatur; alii tamen de corpore avis phœnicis accipiunt; unde Philippus : Fieri, inquit, potest, ut Job in similitudinem avis illius significet se per mortem in cinere carnis veluti in nidulo pro tempore moriturum, et inde resurrectionem tanquam phœnicem in gloriam et

Phœnix quid an et qualis avis sit.

quod prohibet, quin ejusdem avis historiam sub phœnicis nomine tradiderit? Hæc, illius verisimilis causa, et sicut phœnix multiplicabo dies, disputanda fuerunt.

ALTERA versio : *Et sicut palma multiplicabo dies*, majori assensu probatur : ita legunt Septuaginta, Vulgata, vetus Italica, et tota ferè vetustas cum pluribus recentioribus. Quin et satis expressum in antiquitate testimonium pro lectione de phœnice utrum demonstrari possit, amplexio. Quidquid in toto Jobi textu legitur, optime cum palma congruit. Arbor est maxime annosa, cæca facile germinat (Plinius lib. XIII, cap. iv) : Sunt et cæcæ palmarum quoque silvæ, germinantes rursus ab radicibus socis) et ad miraculum usque fructuosa. Item *phœnicis* nomen ex palma derivatum fuerunt, quod arbor ad cæca silva, et veluti post cineres renascens, radice enim in cinere trunco, nova et radice germina erumpunt (Plinius lib. XIII, cap. iv) : Mirum de ea accipimus cum phœnice ave, quæ putatur ex hujus palmae (syagrorum) argumento nomen accepisse, enori ac renasci a seipsa). Ferunt insuper processas palmas circum habere ingentium silvam (ad viginti cauceras) ex eadem radice, quamquam inter se distinguuntur, germinantium, Bellon. lib. II *Observat.* cap. xv : Proceporibus silva arbore ex ipsa. Plinius lib. XIII, cap. iv : vir fide dignissimus, qui decennio in locis palmiferis moratus est, testatur, nunquam e radice palmae germina oriri, sed e nucleis in terram lapsis, non nisi certe in locis humentibus, vel humore aliquo irrigatis. Vix latam radices emittit, ideò Plinius est auctor : Et ab radice avulsa vitalis est satus et ramorum tenerrimis. Ganlet et rigidus, totoque anno bilere. Quod maxime cum Scriptura (*Job. xxix, 49*) congruit : Radix mea aperta est secus aquas, et ros morabitur in messione mea.

Ad palmæ ætatem quod attinet, juventam suam arborem emisit germinibus reparare, et ad radices usque cæsam iterum crescere, jam observavimus. Longissimo ævo vivere, asserit Theophrastus, lib. II *De Caus.* cap. xvi, et de palma Deli hæc Plinius lib. XVI, cap. xiv : Ab ejusdem dei (Apollinis) ætate conspicitur. Magna sunt hæc, et exaggeratione fortasse acta; sed communem saltem persuasionem de longissima quæ arboris ætate demonstrant. Hæc præbilitiora pro vindicanda versione hinc, veritate affruntur : versiois, inquam, qua Jobus, Dei opæ, annos sibi palmarum pares ornabatur, quamquam doloribus et morbo oppressem mortem capti sui imminetern cernebat. Nec auctoribus sacris novum est et inæquetum, ut similitudinem e palma, arbore inter Judæos et Arabes celebratissimam ducant, *Psal. xci, 19* : Justus ut palma florebit. Sponsus proceram sponse staturam palmam comparat, *Cant. vii, 7*. Sponsæ coma ramis palmarum similis

similitudinem dierum æternitatis. Licet enim Ulysses Aldrovandus in *Ornith.* et quidam moderni avem hæc fabulosam putent; tamen omnium, inquit Pierius in *Hierogl.* veterum auctorum, scilicet Oppiani, Victoris, Manilii, Herodoti, Suidæ, Philostrati, Claudiani, Lactantii et aliorum, quos citat Gesnerus, concors est sententia phœnicem esse, et mortuum renasci; licet in modo quo id fiat varient, et posteriores commentis commenta addiderint : quin imo Albertus Magnus et Ægyptii phœnicem usurpant ut symbolum restauracionis et resurrectionis. Verum quidquid hæc de re sit, certe nusquam non sibi promittit multiplicationem viri justus etiam in casu : sive enim cadat in terram, ex terra sicut palma exurgit; sive cadat in aquam, non ideo minuetur, ut arena non minuitur in aquis, sed ibi augetur; sive cadat in

esse dicitur *Cant. v, 11*. Ipsa de se Sapientia testatur, *Eccl. xxiv, 18*, cætera omnia infra se despiciere, veluti palmam in agro Cades; et *ibid.* cap. 14 : Filii Aaronis sacerdotes nobili corona Oniam summum sacerdotem ambiunt, veluti palmae proceram circa palmam sitæ.

His omnibus, quæ in rem præsentem congruere videntur, unum opponant, quod pluribus æquivalere, nempe vocem hebræam *chol* nullibi in Scriptura palmæ designandæ occurrere. Sæpius quidem de palma, arbore Palestinae frequentissima apud auctores sacros, eoque non nisi voce Thamar usus legitimus. Frequenter apud illos quidem vox *chol* occurrit, nunquam tamen pro palma. Nec Septuaginta vocem *chol* sibi unquam quam in hoc Jobi loco, palmam reddiderunt. Alia est etiam se arboris significatio in lingua chaldaica, syriaca et arabica, hebræicæ aliihinc, ex quibus radicum hebræicarum significatio quandoque derivatur. Quare sive aliam hebræicæ textus lectionem secutus esse Septuaginta, sive mendose legisse fateamur oportet; id quod etiam ante nos recentiores ejus quique interpretes agnoscentes, illos hæc in re deseruerunt.

TERTIA superest lectio in hunc sensum : *Dicebam : In nidulo meo moriar, et sicut arenam multiplicabo dies* : quemadmodum enim Jobus florentibus rebus suis, et vitam suam proborum operum exercitiis felicem duces, letam sibi mortem quietanque domi sue, lectulo hilorum corona cincto conabatur : ita pariter, cum in summas angustias, malis oppressus, lepra affectus, veribus exesus, devenisset, nullum sibi letam diem sperare audebat : cum tamen aversus a calamitate sua oculos in Deum figebat, extinctæ spei igniculos excitans, latoris sibi et augurabat ut speraret, tum futuram vitam animo contemplatus, carnis sue resurrectionem et immortalem vitam post corruptionem sibi spondebat. Neque id solum, sed et Jesu Christi resurrectionem prædicit, qui et pulvere et favilla sepulchri vitam sibi excitans, resurrectionis suæ exemplo cæteros in spem resurrectionis perennisque vitæ erexit. Hæc interpretationem indicant, et ipsa rei perspicuitas : ducta enim ab arena similitudo, et amorum et honorum multitudinem exprimeudam, Scriptura maxime familiaris est. 2<sup>o</sup> Genuina vocis hebræicæ significatio, quæ variis Scri. turæ locis consonat. 3<sup>o</sup> Peritissimum interpretum ea in re consensus, ut Chaldee, Syri, Arabes, Montani, Pagnini, Mansterii, Castellanii, Junii, Tremellii, Morceri, Vatabli, Colairei, et plurium aliorum. 4<sup>o</sup> Denum rabini, qui vocem *chol* reddunt *avem* quamdam immortalem, quæ vetito fructu abstinuerit, fabellam venditant adeo putidam, ut nullam fidem nullamque animadversionem mereant. Postrema igitur hæc explicatio præferenda cæteris videtur. Aug. Calmet.

Cor necrum nidulo, in quo ad mortem usque cum Deo commorandum.

Justus palma, sicut et phœnicis comparatur.

flamas, inde ut phœnix renascetur. Igitur et planta est, et arena est, et phœnix est vir justus, ne ullo sciat cadere elemento, sed ex omni contrario gloria recipere augmentum.

IN NIDULO MEO MORIAR. — Magno sane judicio et divino affatu cor suum appellat *nidulum*, in quo non modo cum Numine sancto morari, sed etiam *mori* cupit, nec latum unquam ab illa Dei habitatione discedere; quod sit forte velut caverna macerie, ad quam devoleat e cælo columba, ut D. Spiritus nidum et diversorium opportunum; vel quod animæ pie sint aviculæ in nidulo suo late, extra nidum prædæ expositæ et cupiditati, unde *pennata* a Sapiente nuncupantur *Prov. 1, 17*. Sed opinor ad hirundines præcipue respectum habuit, quarum nidus luteus quidem est, sed in eo chelidonia reperitur tam salutaris atque potens, ut visum non juvare modo possit, verum et cæcis quoque restituere. Sic cor nostrum luteum est, atque, ut dicitur in arcanis *lib. Job. iv, 19*, « habitamus domos luteas : » verum in eo nido reperitur chelidonia, Deus ipse potentissimum alexipharmacum, et ut stylo Tertulliani dicam, « remediator valetudinum, » qui oculis medeatur, lucem animo conciliat, diem facit, reddat vitam. Probi in corde salutisque amantes suæ cum in humanis tantam caliginem animadvertant, et sæculi noctem mentis luminibus obvertant, a Deo collyria petunt chelidonia ad animi aënem medicandam : cum *Ezech. Isai. xxxv, 14*, sicut pulli hirundinis clamant, ut columbæ in nidulo meditentur. Jobus felicitis non male providus futuri, cum etiamnum felicissimus ageret; mortis tamen nunquam oblitus nidum sibi struxerat quotidiana meditatione. Nam sicut aviculæ nidulos sibi edificant frequenti ramulorum aut glebularum congestu; ita Jobus quotidie prævidit mortem, quotidie secum agitavit judicium, eaque ratione velut sedula hirundo glebas compariavit ad struendum nidulum in quo defungeretur. Nos Jobi exemplo nidulum nobis eligamus mature, in quo moriamur, eumque in loco alio aut tuto statuamus.

Job in meditatione moris sibi nidum struxerat.

Nidus est typus quietis Ecclesie.

Solitudinis animæ.

Quo etiam perinet illud *Psal. ci, 7* : « Similis factus sum pellicano solitudinis in lecto, » quo loco per *pellicanum*, qui pullos dicitur occidere, et postea tribus diebus lugendo sanguine suo ad vitam excitare, accipiendi sunt penitentes, qui peccando opera sua mortificaverant; postea autem lugentes per penitentiam tribus diebus, hoc est tribus actibus penitentia, videlicet contritione, confessione et satisfactione vivificant. Quoniam vero hec in spirituali mentis solitudine efficitur, additur *solitudinis*. Ejusmodi solitariam commendat Jeremias dicens *Thren. iii, 27* : « Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua; sedebit solitarius, et tacebit, quia levavit se supra se : » solitarius enim est, qui in sui cordis intimo secessu elevat se super se pro contemplationem, se inquam spiritualem super se carnalem. Ita hunc locum intellexit D. Ambrosius serm. 9 in *Psal. cix*, quamvis aliter legat, *sedebit singulariter, et silebit, quia tulit jugum grave*; et quidem multi codices correcti habent, *quia levabit super se*, nimirum jugum Domini; cujus paulo ante facta fuerat mentio : « Quis est, inquit Ambrosius, qui singulariter sedet, nisi qui secularibus voluptatibus abdicatis molestiarum omnium excludit tumultus ? » Illud tamen advertere e eodem Ambrosio lib. III *Offic.* cap. 1, hujusmodi virum solitariam, quamquam otiosum videtur, maxime tamen esse actuosum; quemadmodum ipse elegantibus verbis explicavit : « Non primus Scipio scivit solus non esse cum solus esset; scivit autem ipsum Moyses, qui cum taceret clamabat, cum otiosus slaret præliabatur : adeo otiosus, ut manus ejus alii suslinerent; nec minus quam ceteri negotiosus, qui otiosis manibus expugnabat hostem, quem non poterant vincere qui dimicabant. Cujus autem majora negotia quam hujus otia, qui quadraginta diebus positus in monte totam legem complexus est? Quando ergo justus solus est, qui cum Deo semper est? quando solitarius est, qui nunquam superatur a Christo ? »

Pellicanus sym bolium penitentia.

Solitudinis que pacto lovet se super se.

Non otiosus, sed maxime actuosus.

Hæc Ambrosius, qui fusiuse eadem prosequitur epist. 91 *ad Sab.*; quæ ad hunc Jobi locum spiritaliter interpretandum conducunt, uti et illa quæ Thomas de Kempis auctor piissimus lib. I *De Imit. Christ.* cap. xx de cella, religiosorum hominum nidulo, scribit his verbis : « Cella continuata dulcescit, et male custodia tedum generat : si in principio conversionis tuæ amæ custodieris, erit postea tibi dilecta amica, et gratissimum solatium. Coge ergo teipsum, ut in ea maneat; et sapienti quodam ac sancto dolo tempusum doceat. Ad quid nunc sine necessitate cellam deserat? Quid extra illam nisi novitates, et verba otiosa et detractoria, vel ad minus consumptionem temporis, vel alia que me distrahent inveniam? Nunc certe in ea manebit, post unam aut duas horas, nisi prius ab obedientia fuero vocatus, exibo. Nunc profecto voluntati meæ ac levitati meæ in hoc nidulo meo moriar, et sicut palma multiplicabo dies. Quantum enim apud me maneo, et ad vana

Cella est nidulus religiosorum.



luminatus, apud quem mens sive *mens* definitur *ἀνθρώπων καὶ πῶλονων, semper mobilis et multum mobilis*; quæ causa etiam fuit, cur Salomon, Sap. IX, 15 inquit, mentem vocaverit *καὶ ἀποπροσπίθῃ α, multa et varia cogitantem, versatilen*, de genere vertumorum, mutabilitati obnoxiam. Nihil igitur est facilius, quam ut tam vaga et mutabili ratione prædita mens a proposito declinet suam deflectatque sententiam, atque meliora deserat; unde lumina Ecclesie Patres, quos beate vite magistrus habemus, necessariam esse renovationem dicunt ad novum illum familiarem eluendum, quem divine S. Leo serm. 6 De *Quadr. rubiginem mortalitatis* nuncupat; cuius necessum est ut pulcherrimum et ore magno dignum oraculum audiamus : « Semper necessaria est omnibus contra rubiginem mortalitatis quotidiana renovatio, et inter profectum gradus nullus est qui non semper melior esse debeat : pari sapientia D. Augustinus serm. 63 De *Temp. continuam expolitionem* in nobis simillimam ob causam requirit : « Quantulibet, inquit, caste et sobrio mortalis hæc vita ducitur, quodam tamen pulvere terrenæ conversationis aspergitur; et nilor mentium ad Dei imaginem conditarum non ita a fumo totius vanitatis alienus est, ut nulla possit rose fuscari, et non semper indigeat expoli. »

Ejus rei quædam effigies in omni universitate pingitur, nili fluxus inanum rerum est perpetuus et continua redintegratio : quare doctissimus Tertullianus lib. 6 De *Resur.* cap. XII, hanc renovationem in natura omni animadvertit : « Reaccenduntur enim et stellarum radii, quos matutina successio extinxerat; reducuntur et siderum absentie, quas temporalis distinctio exemerat; redonantur et specula lunæ, quæ menstruus numerus attriverat. Quin etiam terræ de cælo disciplina est arbores vestire post spolia, flores denuo colorare, herbas rursus imponere, exhibere eadem quæ assumpta sunt, » etc. Omnia denique quæ in hac mortali vita esse habent aliquando innovantur, ne pereant; et non innovantur, quantumvis diuturna sint, tandem intereunt. Hinc ipsa etiam regna innovantur, quapropter Samuel ad populum ait I *Reg.* XI, 14 : « Venite, et eamus in galgala, et tinovemus ibi regnum; » civitates recedificantur, quare Jonathas habitaturus in Jerusalem, cepit edificare et innovare civitatem; templum instaurantur, nam et Israelitæ post captivitatem III *Esd.* v, 44 venerunt « innovare et suscitare templum in loco suo; » amicitie resarciuntur, unde et Jonathas I *Machab.* XII, 1 « misit viros Romam statuere et renovare cum eis amicitiam. » Imo et ipse homo post peccatum e paradiso ejectus est, ne se esu ligni renovans, etiam quoad corpus in perpetuum viveret : nam *Gen.* III, 23 « emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, » et antea præmiserat, vers. 2 : « Nunc ergo ne forte mittat manum suam, et sumat etiam de ligno vite, et comedat, et vivat in æternum. »

Omnes enim hæc mensis renovationes.

Res naturales suo tempore innovantur.

Regna et civitates debent innovari, ne intereant.

Qui ergo vult perfecte vivere, ad constituta tempora seipsum renovet; innovet regnum suum, quæ super cor suum et affectus ejus regnat; recedificet civitatem animæ suæ, et quod ex virtutibus lapsam per incuriam est erigat; instaurat templum spiritus sui, in quo habitat Deus, et sanctorum desideriorum accessione extruat; amicitiam ad Deum aliquantulum tepefactam acerbis orationis accendat; mittat per imitationem Christi manum suam ad lignum vite, ut postmodum feliciter et nunc in hac vita vivat ut sanctum decet virum, et contractas ex humana conversatione imperfectiones relinquat : ita Patres ædificandam esse vite novitatem dixerunt. Inter quos eleganter S. Paulinus *Epist.* 2 : « Novitatem, inquit, vite in nobis ædificantes, necesse est ut velutatem destruaamus, » etc. ac subdit : « Moriamur quibus vivimus, et vivamus vicissim his operibus ac studiis, quibus mortui fuimus, cum vivorum essemus mortui, et mortificantia gerentes in mortuum viveremus. » Cum renovatione autem copulatum necessario est promovendi studium et progrediendi ad majorem perfectionem : nullus enim terminus virtuti constituitur, ut olim Herculis columna, quas ultra nemini progrediendum esse putabant. Egregie lyricus princeps in *Olymp.* od. 9 : *Ἐταί ἦτορ ἀλλὰ δῖον δέει περὶ τρεῖρας, sunt alia altis viis viae ulteriores.* Neque modo dynastie unius purpurati symbolum est, sed piorum omnium votum, plus ultra, qui nihil majus aut sibi aut aliis optere possunt, quam ut ut fiant meliores : itaque olim inter christianos commune votum amicorum fuit, ut se mutuo hac formula adjuvarent : « Sic melior sis, sic meliorem te videamus, sic de te meliore gaudeamus, » ut memorat D. Augustinus in *Psalm.* XXXII : id divino Sapientis oraculo juberi S. Gregorius Nyssenus putat, quo toties sponsæ dicitur *Cant.* II, 10 et 13 : « Surge, veni, » atque Deum, qui ad gloriosam illam contentionem invitat, facultatem etiam concedere ascendendi. Quod ipse eloquentissimus Pater uberior exponit homil. 5 in *Cant.*, quo ego ipsum lectorem ut ad penum sapientiæ remitto. Nos interim Jobi textum prosequamur.

21-23. QUI ME AUDIEBANT EXPECTABANT SENTENTIAM, ET INTENTI TACEBANT AD CONSILIUM MEUM (hoc ad illam gloriam spectabat, quam innovatum iri expectat Jobus : illud enim erat omnibus de Jobi prudentia et in æni maturitate iudicium, ut quidquid ex illius ore caderet oraculum putaret, neque ulterius iudicarent deliberandum; neque dum suam sententiam diceret quisquam aut avertebat aures, aut loquebatur, aut existimabat his quæ ab ipso dicta forent aliquid addi oportere, ubi circumstantiæ expansione dignæ sunt, avida expectatio, silentium auditorum, assensus consilii præstitus, verborum, quibus nihil addebatur, æsumatio. Unde subdit) QUIBUS MEIS ADDEBAM NIHIL AUDEBANT, ET SUPER ILLOS STILLABAT ELOQUIUM MEUM. EXPECTABANT ME SICUT FLUVIAM,

Cum renovatio- ne copulari debet predicti studium.

Vers. 21, 22 et 23.

Jobi summa in dicendo audientis.

ET OS SUUM APERIEBANT QUASI AD IMBREM SEROTINUM. — Rhetorica simul et poetica amplificatio est fama, quæ de Jobi sapientia percuberat; metaphorsæ autem a rore, pluvia et imbre peilitate perquam opportune sunt ad animos sidentes doctrinæque cupidissimos significandas : pluviam enim symbolum esse eruditionis atque facultiæ tum sacri tum profani auctores voluerunt. Græci proinde cum arcanis fabularum involucris sapientiam suam obtegerent, aiebant eodie, quo Minerva doctrinarum præses in lucem edita fuit, auream e cælo pluviam cecidisse; Egyptii vero cum eadem eruditionem atque Pithius suavitatem hieroglyphicis suis notis adumbrare vellent, *εἰς τὸν ἕρπον βῆδδωρα*, cælum aut splendidam nubem dulcissimo rore stillantem pingebant, ut Horus Apollo testatur. Itaque Moyses cum abditis eorum disciplinis eximie foret instructus, illis forte hæuientis e fontibus ita cecinit *Deut.* XXXII, 2 : « Coneresat in pluviam doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum, » ubi duobus clarissimis symbolis magnæ copiæ in dicendo suæ dulcedinem et doctrinæ prestantiam illuminat : quam ob causam paraphrasæ Chaldaeas ita verit, *suavis sit sicut pluvia doctrina mea.* Sed necesse non est ad Egyptiorum abditos fontes recurrere, cum ejusdem rei documenta in divinis oraculis habeamus : nam orando sublimis Isais cap. LV, 10 verbum Dei vocat *imbrem de cælo venientem et inebriantem terram* : atque ut lingue sanctæ majestatem et divinitatem prope dicam in significando videamus, eadem vox apud Hebræos et docere et pluvie significat : ita in Osee prophetia de Christo cap. X, 12 : « Qui docebit vos iustitiam, » Isidorus Clarus et Forsterus ex Hebræo vertunt, *donec pluat iustitiam vobis.* Et Joel cap. II, 23, cum eundem Servatore *doctorem iustitiae* nominasset continuo subdit : « Et descendere faciet ad vos imbrem matutinum, » ubi in fonte est dictio *מורה* morah, quæ et *doctorem* et *pluviam* sonat; unde Hebræi montis Morie nomen deducunt, et *מורה* more yah, id est *doctrinam Domini* interpretantur, utaniam vertunt erudit. Eleganter autem dictum : SUPER ILLOS STILLABAT ELOQUIUM MEUM, — ubi verbum *stillabat* idem significat ac continere ac fluente oratione loqui, ut patet ex Ezechiele, cui dicit Dominus cap. XX, 46 : « Pone faciem tuam contra viam austri, et stilla ad africanum, et propheta ad saltum agri. » Et iterum cap. XXI, 2 : « Pone faciem tuam ad Jerusalem, et stilla ad sanctuaria. » Similibus loquendi forma reperitur *Mech.* II, 6 : « Ne loquamini loquentes : Non stillabit super istos; » Chaldaeus reddit, *ne prophetetis prophetantes*; Aquila, *ne stillatis stillantes*; quod S. Hieronymus sic explicat, quodam idiomate hebraico eloquium ab eo quod fluat, et ad aures perveniat audientium in similitudinem pluvie descendens *stillationem* vocans. Similia habet idem propheta, et idem sanctus doctor eodem in cap. Vars. 41. Unde jam patet idem esse hoc loco *stil-*

Ros et pluvia sunt eloquentiæ ac doctrinæ symbola.

Stillare pro loqui ponitur in Scriptura.

lare atque loqui, ubi S. Hieronymus metaphoram aperiens ait, *serotim utique sermo doctrina mea diligentia me diligentiam me visera penetrabat*; Philippus, *sensim interiora viscerum penetrabat*; Olympidorus, *cum siti atque aviditate audiebant*; Chaldaeus, *pulcher erat eis sermo meus.* At D. Gregorius hic in voce *stillandi* observat quendam in docente curam et studium, quæ se suaque verba accommodet captui auditorum, ut qui cum sint angustæ mentis, quasi angusti orificii vascula humoris copiam continuo ne respiciant : sic enim habet : « In hac stillatione eloquii quid aliud quam mensura predicationis accipitur? quia oportet ut exhortationis gratia singulis iuxta capacitatem ingenii conferatur : debet enim ad infirmitatem audientium semetipsum contrahendo descendere, ne dum parvis sublimia, et idcirco non profutura loquitur, se magis curet ostendere quam auditoribus prodesse : sic ille. Id autem quod sequitur :

EXPECTABANT ME SICUT PLUVIAM, — hunc sensum habet, g. d. In expectatione ac desiderio erat doctrina mea, exoptata sicut solet esse pluvia ab arente terra; nec humano favore ingenio et arte de promptum censebatur emanare eloquium meum, sicut irrigationes aquarum, quæ arte et industria agricolæ deducuntur et derivantur; sed sicut pluvia quæ de cælo descendit a Deo, ejusque jussu in terras defluit : non enim pluvia aut ros ejusmodi sunt, ut ab homine sint expectanda, sed Dei beneficia sunt Deique munera, quemadmodum Micheas ait cap. V, 7 : « Quasi ros a Domino, et quasi stillæ super herbam, quæ non expectat virum, et non prestolatur filios hominum. » Vel potest etiam esse sensus, g. d. Sicut pluvia terram fecundat, ideoque expectatur summo desiderio, sic mea doctrina auditorum mentes irrigabat, et fecundabat ad fructus bonorum operum profuturos, iuxta illud *Isai.* LV, 10 : « Quomodo descendit imber de cælo, et inebriat terram, et germinare eam facit, » etc. Pulchre item subdit : *Et*

Doctrina Jobi erat instar pluviam copiosa.

Oris aegrum est aut languis aut aridus aut contumax.

24. SI QUANDO RIDEBAM AD EOS, NON CREDEBAM ET LUX VULTUS MEI NON CADEBAT IN TERRAM. — Mira severitas, magnus servorum timor, ne dicam stupor, ut sic secum familiariter agenti domino

Oris aegrum est aut languis aut aridus aut contumax.

Vers. 24.



D. Hieronymi ad Paulam in morte Bleisillae, ad Eustochium in morte Paulae, ad Oceanum in morte Lucii Beticii, ad Elidorum in morte nepotis: Ambrosii ad Gratianum imperatorem in morte Valentiniani, ad Faustinum in morte Sericii: Paulini ad Pammachium in morte uxoris. Quod minus mirum est eos facitasse, cum longe ante gentiles quoque id religiose servaverint: nam et Plutarchi exstat adhuc libellus consola-

tionis ad Apollonium, et Senecae tres consolationes ad Polybium, Elviam, Martiam. Erant ergo, ut dicebam, consolatores isti; nec plane eodem luctu implicati, ne et ipsi solatio potius indigerent; nec omnino a causis luctus immunes, ne mirum non esset eos secus oculis alios consolari, quos nullus doloris sensus vellicaret: erant etiam auctoritate maxime conspicui, ut quae dicebant altius descenderent.

CAPUT TRIGESIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Job post commemoratam precedenti capite pristinam suam ex divino beneficio felicitatem, jam illi oppositam calamitatem maximam et gravissimas arumnas praesentes quibus obruitur, e summo gradu gloriae ad infamiam ignominiae deturbatus.

1. Nunc autem derident me juniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei: 2. Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, et vita ipsa putabantur indigni; 3. Egestate et fame steriles, qui rodebant in solitudine, squalentes calamitate et miseria. 4. Et mandebant herbas, et arborum cortices, et radix juniperorum erat cibus eorum. 5. Qui de covallibus ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant. 6. In desertis habitabant torrentium, et in cavernis terrae, vel super glaream. 7. Qui inter hujusemodi letabantur, et esse sub sentibus delicias computabant. 8. Filii stultorum et ignobilium et in terra penitus non parentes. 9. Nunc in eorum canticum versus sum, et factus sum eis in proverbium. 10. Abominantur me, et longe fugiunt a me, et faciem meam conspuere non ventur. 11. Pharetram enim suam aperuit, et afflixit me, et frenum posuit in os meum. 12. Ad dexteram orientis calamitates meae illico surrexerunt: pedes meos subverterunt, et oppresserunt quasi fluctibus semitis suis. 13. Dissipaverunt itinera mea, insidiati sunt mihi, et praevulnerunt, et non fuit qui ferret auxilium. 14. Quasi rupto muro et aperta janua, irruerunt super me, et ad meas miseras devoluti sunt. 15. Redactus sum in nihilum: abstulisti quasi ventus desiderium meum, et velut nubes pertransiit salus mea. 16. Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, et possident me dies afflictionis. 17. Nocte os meum perforatur doloribus, et qui me comedunt non dormiunt. 18. In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, et quasi capitulo tunicae succinxerunt me. 19. Comparatus sum luto, et assimilatus sum favillae et cineri. 20. Clamo ad te, et non exaudis me: sto, et non respicis me. 21. Mutatus es mihi in crudelem, et in duritia manus tuae adversaris mihi. 22. Elevasti me, et quasi super ventum ponens elisisti me valide. 23. Scio quia morti trades me, ubi constituta est domus omni viventium. 24. Verumtamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam: et si corruerint, ipse salvabis. 25. Flebam quondam super eo qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea parperi. 26. Expectabam bona, et venerunt mihi mala: praestolabar lucem, et eruperunt tenebrae. 27. Interiora mea efferbuerunt absque ulla requie, praevenerunt me dies afflictionis. 28. Moerens incedebam, sine furore; consurgens, in turba clamabam. 29. Prater fui draconum, et socius struthionum. 30. Cutis mea denigrata est super me, et ossa mea aruerunt praecautae. 31. Versa est in luctum cithara mea, et organum meum in vocem flentium.

Ver. 1. 1. NUNC AUTEM DERIDENT ME JUNIORES TEMPORE, QUORUM NON DIGNABAR PATRES PONERE CUM CANIBUS GREGIS MEI: — haec dicit per antithesim eorum quae sup. cap. narraverat de prioris sua prosperitate et auctoritate; ex quo intelligi licet quam misera sit vite nostrae ratio, quae tam gravem in brevi et tam celerem commutationem accipiat: quid enim est saeculum hoc nisi rota quaedam volubilis omnia movens, universa consumens et conterens; in qua nihil est quod stabile et constans perseveret? Hodie quemdam honoribus extollit, postera die ignominia et infamia dejicit: jam opibus ac rerum temporalium fortunis auget, statim vero penuria ac miserabili mendicitate premit: nunc amicorum et familiarium turbis circumdat; et in ictu oculi solitariam et ingloriam derelinquit. Ostendit hoc nobis in seipso illud admirabile exemplum patientiae Job cap. xxix, 8, cujus aspectum, ut paulo ante dictum est, ita universi aspiciebant, ut ad ejus ingressum juvenes abscederent, et senes assurgentes starent, principes ossarent loqui, et ut adveniens sententiam attentissime audirent, digitum superponerent ori suo: loquente illo vocem suam cohibebant duces, et lingua eorum gutturi suo adhaerebat; repente tamen a tanta prosperitate deturbatus est, et in sterquilinum dejectus; et ad mutationem status aliorum opinio et existimatio mutatur: « Nunc autem, inquit, derident me juniores tempore, » etc. Unde quam misera fuerit Jobi commutatio videtur: cum dives esset a viris principibus colebatur; fortunis amissis vel a vilissimis et abjectissimis hominibus contemnitur, qui et valde molesti fuisse, et vehementer stomachum movisse videntur: nam eorum villitatem multis exsequitur dicens:

QUORUM NON DIGNABAR PATRES PONERE CUM CANIBUS GREGIS MEI. — Hoc notat Sanctius Idumaeorum esse proverbium, quo significabant genus alicujus esse obscurum et vile, et vite modum usque adeo sordidum, ut videretur indignus quem alii ad amicitiam, imo et ad vilissimum aliquid ministerium accesserent; quale esset aut canes alere, aut cum canibus ali, eodem videlicet alimento quo canes nutriuntur. S. Thomas hunc locum explicat, quod propter sordidam et infamam conditionem non dignaretur illis simul cum suis canibus custodiam gregum; quod videbatur esse totius domus vilissimum et extremum ministerium: sic Martialium a quendam vilissimum, qui tamen magistorum virorum amicus videri volebat, scripsit:

Disperam, si tu Pyladi praestare matellam  
Dignus es, aut porcos pascere Pyrrithoi.

Hanc autem villitatem et sordes cum comparatione ad aliorum gloriam sic per proverbiale formam explicat Latini: « Indignus es qui hujus vel illius porcos pascas; qui illius calceamentorum corrigiam solvas; qui illi matellam porrigas; » et similia. Quare si illorum juvenum qui Jobo insultant patres consideres, indigni sunt qui Jobi pascent canes, aut qui in illius domo sordidum quodque ministerium obeant; id quod adhuc magis exaggerans subdit:

2. QUORUM VIRTUS MANUUM MIHI ERAT PRO NIHILO, ET VITA IPSA PUTABANTUR INDIGNI, — id est, erant prorsus inutiles, sic ut frustra vivere viderentur, in quorum quemlibet recte quadret adagium γὰρ βέβηκε, telluris onus, vel, ut poeta dixit, ἀνάσσει ἀβέβηκε, telluris inutile pondus: quod de homine vehementer inutili usurpatur, qui nihil aliud quam terram suo pondere gravet, ideoque vita indignus habeatur: cum enim cunctis animantibus vita data sit propter quasdam vel utiles vel honestas actiones; has qui non praestat, nec vita ipsa dignus est: do quo jure dici possit id quod acute quidam de sue dicit, animam ei datam esse pro sale ne putresceret. Quoad primam versus partem eodem modo illam transfert Chaldaeus, eandemque Graeci habent sententiam, qui verbum de verbo Hebraea transtulerunt. Et vita ipsa putabantur indigni: hoc per paraphrasin a Vulgato reddidit videtur: nam ita ad verbum est in Hebraeo, super ipsos perit senium, et ita verit Chaldaeus; Septuaginta vero, in ἀνάσει ἀβέβηκεν οὐρανός, super eos peribat consummatio, quod Scholion exponit ὁ ἀναβέβηκεν ἡ γῆ τῶν ἁμαρτιῶν, eorum quae ad vitam conferunt bona copia; Symmachus, ἀνάσει ἀβέβηκεν πᾶν τὸ πρὸς τῶν, perierat illis quidquid ad vitam facit: quae verba eandem sententiam habent cum Vulgata. Id est, inutiliter frustra quae vitam exegerunt.

Videtur hic prima specie Jobus fastu et arrogantia quadam inflatus loqui, quae cumque enim potest colligit ad despiciendum eos a quibus fuerat irrisus; sed quomodo jam antea saepe a nobis declaratum est, ipsum tentationes quas sensit, quamvis ipsis non consenserit, expressisse; sic nobis hoc in loco retinendum est, Jobum hic rem qualis erat in se considerasse; nihilominus interim cum suis indignationibus, quae illi cor et medullas exedebant, eo ut patienter ejusmodi opprobria ferat collectatur. In hunc finem, ut vidimus, sup. cap. pristinum honorem ac dignitatem suam commemoravit, ut ex comparatione opprobrii, in quo tunc erat, se eo majorem tristitia materiam habere ostenderet, sibi que omnem dolorem intolerabilem esse, quod se ita proculcari ab iis qui vilissimi erant videret: hoc enim est naturale, ut cum quispiam in dignitatem evectus est, si videat se conculcari, id longe magis ipsum excruciet, tantoque amplius, quanto ab indignioribus et vilioribus id patitur. Vilis et abjectae conditionis quispiam, qui domi suae ruri semper vixerit, nec unquam honorem ullum qui pompam gustaverit, etiam si irrideatur, in nulla existimatione habeatur, in ipsum denique signum aliquid contemptus edatur, non curat, id suis deque habet; sed qui in amplissima dignitate et opum copia vixerit, nullum opprobrium pati potest, quin lethale vulnus accipiat, et quamvis convicium ipsi

Homo vilissimus pro verbo dicitur indignus qui canes aut porcos pascat.

Ver. 2. In unia inutilis circumlocutio.

Car Job adversarius suos ita despiciat.

Virtus principum a fame boni una invidi et despici indignitate sinuam.